

uerse carnis est ingressus saluti anime sue salubriter prouidere cupiens secundum quod noui expressam uiua voce suam fuisse voluntatem dum uiueret domos seu habitacula. scilicet. duas stupas cum aliis singulis domibus nostris in villa dicta sylta situatis quicquid est iuris amborum nostrorum in eisdem fratribus minoribus in stokholm propter deum et animarum nostrarum salutem integraliter assigno per presentes,, Jn cuius rei testimonium sigilla discretorum virorum gudthormi suffecti domini frouini proconsulis ac swenonis dyækn consulis ciuitatis stokholmensis presentibus sunt appensa Datum anno domini M° CCC° XL°.

Sigillen: N:o 1, »S. Gudthoni Birghi» . . . (båt); N:o 2, »S. Fro . . . endridhvse» (bomärke); N:o 3, otydligt (N).

3465.

1340 d. 1 Jan.

Riseberga.

Bo SVENSSON säljer till Riseberga kloster 2 spans jord i Skyfvia för 12 mark penningar och 12 nöt.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus. BOECIUS SUENSSON. salutem in domino sempiternam Tenore presencium constare volo omnibus euidenter. me. reuerende ac religiose domine. domine Gerthradi abbatisse in Risæbergh Conuentuique ibidem. terram duorum chofinorum in skyfuiæ pro .XII. marchis denariorum ac pro .XII. pecoribus. rite et racionabiliter vendidisse. et cum primo. mihi. denarii siue predicta pecora persoluta fuerint. dicte domine Gerthradi. Conuentuique prefato. omnem legis iusticiam scilicet fost. cum discretis viris. andrea thorstensson et Haraldo symonsson. vna mecum totaliter fieri destinabo Jn cuius rei euidentiam sigillum meum vna cum sigillo andree thorstensson. presentibus duxi apponendum Datum risæbergh anno domini M° CCC° XL°. ipso die circumcisionis.

På fränsidan: Littera de skifuia vermeland.

Sigillen bortfallna från de ur brefvet klipta remsorna.

3466.

1340 d. 5 Jan.

Riddaren JOHAN UFFESON erkänner sig vara skyldig Lunds domkyrkas byggnadsfond för en tomt, kallad Waltersbaath, 25 nya Skånska penningar, som skola betalas d. 1 Sept.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus, JOHANNES UFFÆSON miles salutem in domino sempiternam, Nouerint vniuersi me fabrice ecclesie beati laurencii lundis in viginti quinque marchis denariorum nouorum scaniensium racione

cuiusdam fundi qui vulgariter dicitur valtersbaath prope curiam meam ad austrum situati, quem quidem fundum de concensu et voluntate venerabilis patris domini petri lundensis archiepiscopi svecie primatis emi, teneri et esse veraciter obligatum, in festo beati egidii iam proximo venturo absque omni impedimento et per fidem meam integraliter persoluendis, In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillo domini kanuti archidiaconi lundensis presentibus est appensum datum anno domini M^o.CCC^o. quadragesimo in vigilia ephiphanie domini.

Sigillen: N:o 1 obetydligt fragment; N:o 2, Ärkedjeknen Knuts, adligt (2 bjelkar).

3467.

1340 d. 5 Jan.

Samma JOHAN UFFESON erkänner sig hafva från Lunds domkyrkas byggnadskassa lånt 6 purpurkläden, värda 30 mark nya Skånska penningar, som skola återställas d. 1 Sept.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus JOHANNES UFFÆSON miles salutem in domino sempiternam, Nouerint vniuersi me obligatum esse fabricæ ecclesie beati laurencii Lundis in sex purpuris valoris triginta marcharum denariorum scanensium nouorum, quas quidem purpuras ad meos usus de predicta ecclesia mutuo recepi, in festo beati egidii iam proximo venturo absque omni dubietacione per me vel heredes meos per fidem meam utique persolendas In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillo domini kanuti archidiaconi lundensis presentibus est appensum datum anno domini. M^o.CCC^o. XXXX^o in vigilia ephiphanie domini.

Sigillen som på nästföreg. Nr.

3468.

1340 d. 26 Jan.

Hertiginnan INGEBORG af Sverige, Halland och Samsö lägger Asminderöds församling under Köpenhamns kyrko-skola, med föreskrift om årsbegångelse för hennes afledne gemåls Hertig Knuts själ, samt messor för hans och hans förfäders själar, samt för hennes och hennes barns helsa och välgång m. m.

Orig. på perg. på Univers. Bibl. i Köpenh.

Omnibus presens scriptum Cernentibus, JNGIBURGIS dei gracia, ducissa, swecie, Hallandie, et samsø, salutem in domino sempiternam, Vt cultus diuini nominis amplietur, et clerus eidem seruiens merito et munere augeatur, constet vniuersis presentibus et futuris, quod Nos nomine nostro, et liberorum nostrorum, presentibus presentamus ad manus dilectorum nobis in domino, decani et Capituli Ecclesie Hafnensis, Ecclesiam Asmunderuth, pro